



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

6. Vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad angelos se extendat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)



fecisti blasphemare nomen domini, filius qui natus est tibi. morietur. 2. Reg. 12. Unde patet ad ea etiam quae per accidens sunt, diuina se extendere iudicia.

In responsione ad primum & tertium, aduerte quoddam aliud est, hominem post mortem sortiri statum immutabilem secundum animam, & aliud est sortiri statum non impedibilem: anima enim per mortem peruenit ad statum immutabilem de bonitate in malitiam, aut e contra: & aut est confirmata in bono, aut obstinata in malo, aut cuius caelestis aut inferni. Et penes hoc attenditur immutabilitas status, cum qua immutabilitate stat, quod possit impediri ad tempus, ne ad suam ciuitatem perueniat.

Et huiusmodi impedimenta pertinent ad purgatorium, quod non consistit in statu animarum, neque facit mutationem aliquam in statu animae, quia est immutabilis, sed impedimentum praestat confirmationi status illius. Et simile est ei, quod inuenitur in motibus naturalibus: leue enim ascendens sursum si impediatur in via, non propterea mutat sui motus naturam, nec cessante impedimento, accedendo nouum acquirit principium motus: sed remouo prohibente, a primo in immutato principio ascensum profectur. Sic enim anima immutata secundum statum suum, soluto purgatorio tanquam remouo prohibente, ad finem sui immobilis status, in quo est confirmata per mortem, gratia duce peruenit.

¶ Super Quaestione. quinquagesimane. articulum sextum. Titulus clarus est. In corpore duo sunt. Primo, respodetur questio una conclusione: Angeli subsunt iudicariae potestati Christi etiam

Deum per essentiam, in quo consistit vita aeterna, ut patet Io. 17. Unde manifestum est, animas a corporibus separatas esse in vita aeterna & ideo dicendum est, quod post mortem quantum ad ea quae sunt animae, homo sortitur quandam immutabilem statum, & id quantum ad praemium animae, non oportet ulterius differri iudicium: sed quia quaedam alia sunt ad hominem pertinentia, quae toto temporis cursu aguntur, quae non sunt aliena a diuino iudicio, oportet iterum in fine temporis, omnia haec in iudicio adducere. licet enim homo secundum haec non mereatur neque demeratur, tamen pertinent ad aliquod eius praemium vel penam. unde oportet haec omnia estimari in finali iudicio.

AD SECUNDUM dicendum, quod Deus non iudicabit bis in idipsum id est secundum idem, sed secundum diuersa, non est inconueniens Deum bis iudicare.

AD TERTIUM dicendum, quod licet praemium, vel pena corporis dependeat ex praemio vel pena animae tamen quia anima non est mutabilis nisi per accidens, propter corpus, statim separata a corpore, habet statum immutabilem, & accipit suum iudicium: sed corpus remanet mutabilitatis subiectum usque ad finem temporis & ideo oportet quod tunc recipiat suum praemium, uel penam in finali iudicio.

ARTICULUS VI. Vtrum iudicaria potestas Christi se extendat ad angelos.

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod potestas Christi iudicaria non se extendat ad angelos. Angeli enim tam boni, quam mali iudicati sunt a principio mundi, quando quibusdam cadentibus per peccatum, alij sunt in beatitudine confirmati: sed illi qui iudicati sunt, non indigent iterum iudicari, ergo potestas iudicaria Christi non se extendit ad angelos.

¶ 2. Prat. Non est eiusdem iudicare & iudicari: sed angeli veniunt cum Christo iudicari, secundum illud Mat. 25. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, ergo uidetur quod angeli non sunt iudicandi a Christo.

¶ 3. Prat. Angeli sunt superiores alijs creaturis. si ergo Christus est iudex non solum hominum, sed etiam angelorum, pari ratione erit iudex omnium creaturarum: quod uideretur esse falsum, cum hoc sit proprium pro-

uidentia Dei, unde dicitur Iob 34. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est: non ergo Christus est iudex angelorum.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. Corint. 6. An nescitis quoniam angelos iudicabimus? sed sancti non iudicabunt nisi auctoritate Christi. ergo multo magis Christus habet iudicariam potestatem super angelos.

RESPON. Dicendum, quod angeli subsunt iudicariae potestati Christi, non solum quantum ad diuinam naturam, prout est uerbum Dei, sed etiam ratione humanae naturae, quod patet ex tribus. Primo quidem, ex propinquitate naturae assumptae ad Deum quia, ut dicitur Heb. 2. nescit quomodo angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit: & ideo aia Christi magis est repleta uirtute uerbi Dei, quam aliquis angelorum, unde & angelos illuminat, sicut Dionysius dicit 7. c. celi. hierar. unde de eis habet iudicare. Secundum, quia per humilitatem passionis, humana natura in Christo, meruit exaltari super angelos: ita sicut dicitur Philip. 2. Ut in nomine Iesu omne genuflectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum & ideo Christus habet iudicariam potestatem, etiam super omnes angelos, & bonos & malos. In cuius signum dicitur Apocal. 7. quod omnes angeli stabant in circuitu throni. Tertio, ratione eorum, quae circa homines operantur, quorum Christus speciali quodam modo est caput, ut dicitur Heb. 1. Omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui haereditatem capiunt salutis. Subsunt autem iudicio Christi, uno quidem modo quantum ad dispensationem eorum, quae per ipsos aguntur, quae quidem dispensatio fit etiam per hominem Christum, cui angeli ministrabant, ut dicitur Matth. 4. & a quo demones petebant, ut in porcos mitterentur, ut dicitur Matth. 8. Secundum, quantum ad alia accidentalia praemia bonorum angelorum, quae sunt gaudia, quae habent de salute hominum, secundum illud Luc. 15. Gaudium erit angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente, & etiam quantum ad penas accidentales demonum, quibus torquentur vel hic, vel recluduntur in inferno. Et hoc est primum ad hominem

inquantum est homo. Et probatur tripliciter. Secundo declaratur, quod ad quid angeli subsunt sic Christo. Et sic distinctio triumbris, scilicet de ministerio, uel praemio aut pena accidentali, uel praemio, aut pena essentiali. Et omnia clara sunt in littera.

In responsione ad tertium, aduerte quod cum dicitur inferiori regi, per superiora, non intelligitur de inferiori & superiori quocumque modo, nec de inferiori & superiori quoad beatitudinem: alioquin sequeretur quod multi angeli regerentur per multos sanctos homines, quos eleuatos credimus supra multos angelos, & consequenter multi sancti homines concurrerent ad administrationem mundi huius inferioris: quoniam administratio haec minimis uideatur credita angelis. Consequens autem hoc credimus esse falsum, quoniam sancti homines, quantumcumque beatores sint, angelis, non tamen praesunt regimini universalis spiritualis, aut corporalis creaturae: sed hoc officium reuerentiam est angelis, quibus congruit ex natura. Unde intelligendum est inferiori regi per superiora non secundum quid, sed simpliciter & absolute, & propterea quia Christus homo est simpliciter & absolute superior angelis: quia est caput totius ecclesiae triumphantis, animae autem beatorum hominum supra multos angelos, sunt angelis superiores solum secundum quid licet secundum beatitudinem, ideo ex dicta maxima Augusti & Dionysii opinione concluditur, quod Christus est superior totius creaturae, & cum hoc anima beatorum hominum non praesunt universalis regimini creaturarum.

Cap. 7. articulo.

Et haec sufficiant de principali parte huius libri, quae de mysterio incarnationis Verbi tractauit.



mem Christum. vnde Marc. i. dicitur, quod demon clamavit, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos. Tertio, quantum ad primum essentiale bonorum angelorum, quod est beatitudo aeterna, & quantum ad poenam essentialem angelorum malorum, quae est damnatio aeterna: sed hoc factum est per Christum, in quantum est verbum Dei, a principio mundi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de iudicio quantum ad primum essentiale, & poenam principalem.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut dicitur Aug. in lib. de vera religione, licet spiritualis iudicet omnia: tamen iudicatur ab ipsa veritate: & ideo licet angelis, ex eo quod sunt spirituales, iudicent, indicantur tamen a Christo, in quantum est veritas.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus habet iudicium non solum super angelos, sed etiam super administrationem totius creaturae: si enim, ut August. dicit in 3. de Trinita. inferiora quodam ordine reguntur a Deo per superiora, oportet dicere, quod omnia regantur per animam Christi, quae est supra omnem creaturam: vnde & Apostolus dicit Hebr. 2. Non enim angelis subiecit Deus orbem terrae futurum, scilicet subiectum ei, de quo loquimur, id est, Christo: nec tamen propter hoc alium constituit Deus super terram: quia vnus & idem est, & Deus & homo, dominus Iesus Christus. De cuius incarnationis mysterio ad praesens dicta sufficiant.

Super Quaestio. 60. Art. primum.

QVAESTIO LX.

De sacramentis, in octo articulis diuisa.

POST considerationem &c. Hic incipit secunda pars principalis huius libri, distincta in partes octo, primam de sacramentis in communi, & reliqua septem, secundum singula septem sacramenta. Prima igitur haec pars durans vsque ad quaestio. 66. inchoat a sacramenti genere in 1. articulo. 60. ut clare titulus monstrat, ita quod in titulo huius articuli, sacramenti nomen sumitur secundum eam significationem, qua praedicatur de septem ecclesiae sacramentis. Est intentio inquirendi, an secundum illam significationem sit in genere signi: quamuis absque additione aliqua quaestio proponatur: & propterea argumenta absolute de Sacramento arguant. In corpore articuli una est conclusio: Sacramentum, de quo est sermo, est in genere signi. Probatur: Ne loquimur de sacramentis, secundum quod important habitudinem signi, ergo. An

**R**OST. considerationem eorum, quae pertinent ad mysteria uerbi incarnati, considerandum est ecclesiae sacramentis, quae ab ipso verbo incarnato efficaciam habent. Et prima consideratio erit de sacramentis in communi. Secunda de vnoquoque sacramentorum in speciali.

CIRCA primum quinque consideranda sunt.

- ¶ Primo, Quid sit sacramentum.
- ¶ Secundo, De necessitate sacramentorum.
- ¶ Tercio, De effectibus sacramentorum.
- ¶ Quarto, De causa eorum.
- ¶ Quinto, De numero.

CIRCA primum quaeruntur octo.

- ¶ Primo, Vtrum sacramentum sit in genere signi.
- ¶ Secundo, Vtrum omne signum rei sacrae sit sacramentum.
- ¶ Tercio, Vtrum sacramentum sit signum unius rei tantum, uel plurium.
- ¶ Quarto, Vtrum sacramentum sit signum quod est res sensibilis.
- ¶ Quinto, Vtrum ad sacramen-

tum requiratur determinata res sensibilis.

¶ Sexto, Vtrum ad sacramentum requiratur significatio, quae est per uerba.

¶ Septimo, Vtrum requirantur determinata uerba.

¶ Octauo, Vtrum illis uerbis possit aliquid addi uel subtrahi.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum sacramentum sit in genere signi.

AD PRIMVM sic proceditur.

**V**idetur, quod sacramentum non sit in genere signi. Videtur enim sacramentum dici a sacramento, sicut medicamentum a medicando: sed hoc magis uidetur pertinere ad rationem causa, quam ad rationem signi, ergo sacramentum magis est in genere causa, quam in genere signi.

¶ 2. Praet. Sacramentum uidetur aliquid occultum significare, secundum illud Tobiae 12. Sacramentum regis abscondere bonum est. Et Ephes. 3. Quae sit dispensatio sacramenti absconditi a faculis in Deo: sed illud quod est absconditum, uidetur esse contra rationem signi. Nam signum est, quod praeter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem uenire, ut patet per Aug. in 2. de doctr. Christi. ergo uidetur, quod sacramentum non sit in genere signi.

¶ 3. Praet. Iuramentum quandoque sacramentum nominatur: dicitur enim in 1. de Cre. 22. quaestio 5. Paruuli qui sine aetate rationabili sunt, non cogantur iurare: & qui semel periuratus fuerit, nec tellis sit post hoc, nec ad sacramentum, id est, iuramentum accedat: sed iuramentum non pertinet ad rationem signi, ergo uidetur quod sacramentum non sit in genere signi.

**S**ED CONTRA est, quod Aug. dicit in 10. de ciui. Dei, sacrificium uisibile, inuisibile sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est. RESPON. Dicendum, quod omnia quae habent ordinem ad unum aliquid, licet diuersimode ab illo denominari possunt: sicut a sanitate, quae est in animali, denominatur sanum, non solum animal, quod est sanitatis subiectum, sed dicitur, medicina sana, in quantum est sanitatis effectiua: dieta uero, in quantum est conseruatiua eiusdem, & uirna in quantum est significatiua ipsius. sic igitur sacramentum potest aliquid dici, uel quia in se habet aliquam sanctitatem occultam, & secundum hoc sacramentum idem est quod sacrum secretum, uel quia habet aliquem ordinem ad hanc sanctitatem, uel causam, uel signum, uel secundum quamcumque aliam habitudinem: specialiter autem nunc loquimur de sacramentis, secundum quod important habitudinem signi, & secundum hoc sacramentum ponitur in genere signi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quia medicina se habet, ut causa effectiua sanitatis, inde est quod omnia denominata a medicina, dicuntur per ordinem ad unum primum agens, & propter hoc medicamentum importat causalitatem quandam: sed sanctitas, a qua denominatur sacramentum, non significatur

Tertia S. Thomae. AA 2 per

tecedens manifestatur ex hoc, quod sacramenti nomen est multiplex, & dicitur tam habens, quam causa, quam signum, & respectu sanctitatis occulte. Et rursum hoc manifestatur ex communi regula: quia omnia habentia ordinem ad unum, possunt diuersimode ab illo nominari, ut patet in sanitate & sanis. Hec satis clara sunt ex communibus regulis nominum multiplicium ad unum, uel in uno, uel ab uno, quae abusiue uocantur analogae. Vnde etiam Auctor in calce responsionis ad tertium, hanc abusionem corrigendo, cum dixisset, scilicet analogice, statim declarauit quid intenderet subdens, scilicet secundum diuersam habitudinem ad unum &c.

4. diff. 1. q. 1. art. 1. q. 1. & artic. 3. ad 1. & art. 4. q. 1. ad 1.

\* Alias per.

Lib. 2. cap. 7. circa princ. tom. 3.

22. q. 5. cap. parua. qui sine aetate.

Lib. 10. c. 5. non procul a prin. tom. 5.

cap. 11. in 1. lib. 3. cap. 4. tom. 3.

17. 7. an.

17. 7. an.